



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

25. Cum sicut, dilecti, &c. Assignatio loci fixi perpetui inter Auditores Rotæ
Perusinæ uni ex civibus Civitatis Urbini, qui in illius studii Generalis
Universitate ad Lauream doctoralem in utroque ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO
1705.

Pontifex u-
nit, & an-
neicit Pro-
vinciam Ita-
liae Congre-
gationi His-
paniae.

Cum Decre-
to irritanti,
& clausulis
salutaribus.

ANNO
1706.

XXV.

Clemens
VII. Rotam
Perufinam
erexit.

38

CLEMENS UNDECIMUS.

nem prefatam fieri posse confuerunt, consilio, prefatam Provinciam Italæ dicta Congregationi Hispaniae, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, unius, conjungimus, annectimus, & incoporamus; ac Dilecto Filio moderno, & pro tempore exilenti Ministro Generali ejusdem Congregationis subjicimus.

I. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, fore, siueque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetivè inviolabiliter observari; Sique in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesalium Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac memorati Urbani Prædecessoris super erectione Congregationis reformatæ Fratrum pariter Discalceatorum dicti Ordinis, & quibusdam nostris, etiam in simili formâ Brevis die XVII. Augusti MDCCHI. super unione, seu confirmatione Capitulorum unionis totius ejusdem Ordinis respetivè emanatis literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prefata Congregationis Cardinalium Decretis, ac Provinciae Conventuum, Congregationum Hispaniae, & Reformatæ, & Ordinis præfatorum, etiam jureamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboretur Statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, Indulsi, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo Persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prouersis fides in iudicio, & extra adhibeatur, qua præsentibus ipsis adhibetur; si forent exhibitæ, vel ostensa. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Novembris MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

F. Oliverius.

A S S I G N A T I O
Loci fixi perpetui inter Auditores Rotæ Perufinæ uni ex Civibus Civitatis Urbini, qui in illius Studii Generalis Universitate ad lauream doctoralem in utroque Jure promotus, & Collegio Generali Doctorum ejusdem Civitatis adscriptus sit.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut Dilecti Filii Communitas, & Homines Civitatis nostræ Perufinæ. Nobis nuper exponi fecerunt, dudum in dicta Civitate Tribunal Rotæ nuncupat. ad Caesalium decisionem per quasdam fæ. rec. Clementis PP. VII. Prædecessoris nostris literas in simili formâ Brevis expeditas erectum, ac per statuta, & ordinatio-

nes ipsius Tribunalis vigore facultatis per dictas Clementis Prædecessoris literas attributæ condita, expresse cautum fuerit, ut quatuor Auditores, quibus Tribunal hujusmodi constat, Exteri, seu Forenses esse deberent, num tamen unus eorum juxta alias rec. mem. Clementis PP. X. Prædecessoris pariter nostri in eadem forma Brevis emanatarum literarum dispositionem ex Doctoribus Legisis, qui de Collegio Doctorum dicta Civitatis Perufinæ existant, & alter in vim conventionis alias inter eandem Civitatem Perufinæ ex una, & Civitatem pariter nostram Maceraten. ex altera partibus initæ, ac per Nos hodiæ, seu nuper per nostraras in pari formâ Brevis literas confirmatae, ex Civibus ipsius Civitatis Maceraten, respetivè eligendi sint; reliqui vero duo ex aliis etiam Civitatibus, seu locis libere eligantur; Ac proinde ipsi Exponentes perpetuum aliquod sincerae corum in Nos devotionis, propensæque in Civitatem etiam nostram Urbinate, Patriam nostram dilectissimam, voluntatis, nec non præclaras, quam de eadem Civitate habent, estimationis argumentum extare cupientes, post maturam a Magistratu, & deinde in publico, & generali Consilio dictæ Civitatis Perufinæ communibus suffragis habitat deliberationem, Nobis supplicandum esse duxerint, ut singulis quadrienniis, quibus juxta prædictarum Clementis VII. Prædecessoris literarum formam ad Auditorum præfatorum electionem deveniri solet, unum eorum è Civibus dictæ Civitatis Urbinate, quam plurimum semper doctrinæ, & integritatis laude præstantium Virorum copia florere conspicunt, de cætero assumentum esse decernere dignaremur; Nos ipsum Exponentum votis hac in re favorabiliter annuente volentes, & eorum singularies personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latissimâ, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum prædictum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. super Consultationibus Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica deputatorum, qui rem mature discusserunt, consilio, ut de cætero perpetuis futuri temporibus unus ex Auditoribus Tribunalis Rotæ præfati, quotiescumque soldem quatuor Auditores renovari contigerit, è Civibus, dictæ Civitatis Urbinate, qui in illius Studii generalis Universitate ad Doctoratus lauream in utroque Jure promoti, necnon Collegio etiam generali, ut vocant, Doctorum ipsius Civitatis adscripti fuient, ac cæteroquin qualitatibus in Tribunalis præfati erectione, seu alias requisitis prædicti reperiuntur, ab illis, ad quos spectat, servatis alias servandis, eligi, seu assumi debeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, siueque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respetivè inviolabiliter observari, sique in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesalium Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis

Perufinæ,

ANNO
1706.

I Statuit, ut quatuor confor-
marer Auditori-
bus, seu fo-
rēbus.

Clemens X.
unum ex ip-
sibz ex Colle-
gio Doc-
torum Civita-
tis Perufinæ
eligi induxit

Alterum eli-
gi ex Civibus
Civitatis Ma-
ceraten juxta
conven-
tiōnem inter d.
Civitatem,
& Civitatem
Perufinæ ini-
tam induxit Clemens XI.
Itant duo
tantum Au-
ditores ex a-
liis locis eli-
gendi supe-
ressent.

Civitas Perufinæ supplicati-
vi Sanctitati
sue, ut io-
cum fixum in
dicta Rota
uni Civi Ur-
binati decer-
nere digna-
retur.

Sua Sanctitas
de confilio
Sac. Confu-
te annuens
petitioni.

Locum fi-
xum perpe-
tuum in d.
Rota affignat
uni ex Civ-
ibus Civitatis
Urbini, qui
in illius Uni-
versitate lau-
ream docto-
ralem suscep-
perit, & Col-
legio Doc-
torum ejus-
dem Civita-
tis adscriptus,
aliisque nece-
ssariis requisi-
tis prædictis fit.

Cum clausu-
la sublata,
decreto irri-
tanti, & de-
rogationibus
opportuni.

ANNO
1706.

C L E M E N S U N D E C I M U S

39

ANNO
1706.

Perusin., & Tribunalis præfatorum, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolicā, vel quāvis fir-
mitate alia robortatis statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis
in contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus
& singulis, illorum tenores praefertibus pro-
plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum in-
fertis habentes, illis alias in suo robore perman-
surs, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat,
specialiter, & expresse derogamus, ceteris
que contraria quibuscumque. Datum Romæ
apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die 30.
Januarii MDCCVI. Pontificatus Nostri Anno
Sexto.

F. Oliverius.

XXVI.

I N D U L T U M

Pro Militibus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani annuam navigationem contra Infideles suscipientibus, ut ea occasione in bellicis ipsorum navibus Missam celebrari facere possint tranquillo mari, cœloque sereno, & cum assistentia alterius Sacerdotis, seu Diaconi.

C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

E xponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Franciscus de Marevil Frater Miles Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, aliique Praefecti, seu Capitanie Navium bellicarum, ac Frates Milites ejusdem Hospitalis, quod cum aliis fæc. Pius IV., & Sixtus V. Romani Pontifices Prædecessores nostri Fratribus Militibus dicti Hospitalis privilegium utendi in terra Altari portati in navigationibus, quas ipsi singulis annis contra Infideles suscipere solent, concesserint, prædictum verò privilegium eis inutile reddatur, eo quia magna Naves, quibus dictos Infideles de praesenti insequeuntur, in alto mari navigant, ac rarissime terram attingunt: ipsi Exponentes ad consulendum spirituali consolationi Navigantium, & ad tollendam omnem controversiam, que super alio Indulso hac in te per rec. mem. Innocentium Papam VIII. Prædecessorem pariter nostrum die 28. Aprilis 1485, (ut asseritur) concessi, oriri posset, facultatem celebrari faciendo Missam in Navibus hujusmodi, in quibus, cum magni ponderis, & firmæ structura existant, & qualibet ipsorum quinquaginta, & ultra tormenta ænea bellica sustineat, nullum in celebratione Missæ inconveniens enaci potest, sibi à Nobis concedi plurimum desiderant. Nobis propterea prædicti Exponentes, et etiam Dilectus Filius Raymundus de Perellos, & Roccafull Magnus Magister memorati Hospitalis, humiliiter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolicâ dignarentur. Nos igitur piis ejusdem Raymundi Magni Magistri votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, dicto que Exponentes specialis favore gratia prosequi volentes, & eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquaque Ecclesiastici sententiis, censuris, & peccatis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratum nostrorum S.

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

R. E. Cardinalium Concilii Tridenni Interpre-
tum consilio, ejusdem Exponentibus, & pro tem-
pore existentibus Fratribus Militibus Hospitalis
prædicti petitam facultatem celebrari faciendo
Missam in supradictis magnis Navibus occasione
dictæ navigationis, dummodo Naves hujusmodi
enunciante qualitas sint, ac celebratio Missæ, co-
dumtaxat tempore, quo mare tranquillum, & cer-
tam serenum reperiatur, & cum assistentia alterius
Sacerdotis, seu Diaconi fiat, ita periculum effu-
sionis sanguinis in dicta celebratione minimè ad-
fit, autoritate Apostolicâ tenore præsentium con-
cedimus; Salvâ tamen semper in præmissis autho-
ritate Congregationis eorundem Cardinalium.
Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibus-
cumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub An-
nulo Piscatoris die XXII. Martii MDCCVI.
Pontificatus Nostri Anno Sexto.

F. Oliverius.

E R E C T I O

Computistariorum Locorum Montium.

C L E M E N S P A P A X I.

M otu proprio &c. Alijs à felicis recordationis Paulo Papa V. Prædecessore Nostro emanavit Motus proprius tenoris, qui sequitur, videlicet: Paulus Papa V. Motu proprio &c. Cùm Romani Potifices Prædecessores Nostri, & forsan Nos ex iustis causis in Montium erectionibus, & institutionibus Officia Secretariatus videlicet, & Computistariorum pro uno Secretario, seu Computista idoneo, qui rationem administrationis bonorum, & fructuum Montium hujusmodi tenere, & de eis, quæ ad loca Montium, & eorum possessores ea in parte spectant, notam lumere, ac patentes literas super eorum concessionibus expedire, alia que munia respective obire debeant, Apostolicâ authoritate exercent, & instituerint, seu exer-
timus, & instituerimus, officia verò hujusmodi, sicut accepimus, nonnulli tanquam per successio-
nem Parentum, & Antenatorum suorum ad se spectantia, alii in vim assertarum deputationum nulliter factarum, ac venditionum ab eorum occu-
patoribus similiter factarum, alii per modum provisionis, & tacitæ, alii etiam nullo titulo oc-
cupata detineant, illaque ad eorum libitum in aliorum, quam nostris manibus, ac etiam coram solis Notario, & Testibus resignare, & ven-
dere præsumpserint, Sede Apostolica desuper in-
consultâ, in præjudicium jurium dictæ Sedis, & Cameræ Apostolicæ. Nos igitur, ne de cætero
officia hujusmodi Personis minus idoneis confe-
rantur, provideremus, & cum plurimum interstit Cam-
eræ prædictæ, ut ejus bonorum, & proveni-
tium per Ministros idoneos, & perfitos, quantum fieri potest, ratio habeatur, indemnitatæ Sedis, &
Cameræ prædictarum consulere volentes, Motu proprio simili, & ex certâ nostrâ scientiâ, ac de
Apostolicâ potestatis plenitudine præsentium te-
nore omnia, & singula Officia Secretariatum, &
Computistariorum Montium tam vacabilium, quam
non vacabilium de Urbe, sic ut præfertur, erecta,
& instituta, quorum concessio, & assignatio, &
qualibet alia dispositio ad Nos, & Sedem præ-
dictam spectare, & pertinere dignoscitur, &
de quibus per Nos, aut Romanos Pontifices
Prædecessores nostros specialiter dispositum hac-
tenus non fuit, à primæva eorum erectione, &
institutione vacare, & vacavisse declaramus, &
decernimus: Ea verò, quæ in erectionibus

Motus pro-
prios Pauli
V. quoad
Secretarias,
& Computis-
tariorum Mon-
tium.

XXVII.

D 2

Mon-